4) Dictum, anno MCCCLXXI ipsum obiisse. Quod cum ex epitaphio ei posito clare pateſcat, auctor recte notauit MS. qui anno MCCCLXX mortuum vult; nos vero occasione hac simul *Langium* & *Trithemium*, qui idem dicunt; *ille* in chron. Citizensi p. 841, *iste*, in Hirsaugiensi p. 257, Sponheimensi p. 331. Edit. I p. 858

Sepelitur Erbaci.

X In Eberbacensi Ringauiæ cœnobio est operosum huius e lapide sepulchrum, in quo morbus & mors, qua extinctus, notantur sic: *Sub anno natiuitatis Domini MCCCLXXI* (in MS. mendose MCCCLXX) *die XII mensis Februarii, in castro Aschaffenburg, Reuerendus in Christo Pater, Dominus Gerlacus de Nassau, ex regali prosapia ortus, Archiepiscopus Moguntinus felicis recordationis, & deuotus Mariæ Virginis gloriosæ Capellanus tumbatus; propter acerbitatem doloris inexpressibilis & passionis intolerabiliter, afflictione duorum videlicet lapidum oculatim hic positorum, in ipsius vesica per anatomiam repertorum, causati, diem suum clausit extremum. Cuius anima requiescat in pace, per sæcula infinita. Pro quo omnes & singuli hos lapides intuentes, humili corde & flexis poplitibus depromant, requiem æternam dona ei Domine, & lux perpetua luceat ei. Amen.*

1) Sane, haud tumulatus est Moguntiæ in ædium maxima, vt *Trithemius* in Hirsaugiensi l. d. tradit, sed Eberbaci, vt auctor recte notauit. & quidem in choro templi, sepulcro operoso, sub lapide editiore, solo olim imposito; qui, cum illud an. MDCCVII exaltaretur, vt augustiorem ædes formam acciperet, parieti ad dextram (si versus nauem te conuertis) insertus fuit, & nunc erectus stat. Insculptus ei Gerlacus, Archiepiscopali cum ornatu, & hac circumcirca epigraphe: *Anno Domini M. CCC. LXXI. pridie Idus Febr. obiit Reuerendus in Christo Pater, Dominus Gerlacus de Nassau, quondam Archiepiscopus Moguntinus. Cuius anima requiescat in pace.*

2) Verba vero, quæ auctor affert, lapidi haud inciſa sunt, sed tabellæ cuidam ad lapides istos duos illic positos appensæ inscripta fuere. de qua tabella e *chronico Eberbacensi manuscr.* sequentia excerpsi; *Retro non procul a capite scriniolum lapidi inciſum, & craticula ferrea clausum; in quo duo lapides post mortem dicti Principis ex vesica exsecti habiti, custoditique fuere. Sed ablatos non vidi. Ad istos hac tabula membranacea appensa cum talibus verbis videtur:* »Nota, quod sub anno natiuitatis Domini milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo primo, die XII mensis Februar. in castro Aschaffenburg Reuerendus in Christo Pater, Dominus Gerlacus de Nassau, ex regali prosapia ortus, Archiepiscopus Moguntinus, *felix*, *religiosus* & deuotus Mariæ Virginis gloriosæ Capellanus, *hic* tumbatus, propter acerbitatem doloris inexpressibilis & passionis *intolerabilis* afflictione duorum videlicet lapidum oculatim hic positorum *&c.* Hæc ibi; quibus addo, scriniolum istud in muro, vna cum craticula perfracta, etiamnum conspici.

3) Qua animi fuerit lenitate, qua itidem clementia, non est, quod repetam. Consiliarii autem, quibus se totum dedisse audiuimus, fuere *Nicolaus* de *Grünenberg*, Præpositus ad D. Victoris, qui ei alicubi dicitur *Vnſer heimelicher Rade*, Niclas, *Probiſt zu S. Victor*, it. *Vnſer lieber Hemelicher*. Eoque anno MCCCLXV fatis functo, *Vlricus* Rufus de *Cronenberg*, Miles, Vicedominus Rhingauiæ; de quibus *Miscella* dicta l. d.

IOANNES I.

I

Dicit *MS.* post Gerlaci obitum, fuisse a Moguntinis postulatum, de quo in Henrico, & Gerlaco supra, *Cunonem Falckenſteinium*, Treuirensem eo tempore Archiepiscopum: sed suo is Treuirico grege contentus, recusauit. Cõmes Nassouius, qui postea Spirensis Episcopus, & ex Episcopo Archiepiscopus Moguntinus, Adolphus electus deinde fuit. At electionem istam impediit apud Pontificem Gregorium XI Carolus Imperator: effecitque, vt fratris sui Venceslai filius Ioannes deligeretur, cui anno MCCCLXVI commissa fuerat ab Vrbano V Argentinensis ecclesia, eamque ad hunc vsque suum Archiepiscopalem annum MCCCLXXI *pie & honeste*, vt ait *Bruschius*, *rexerat.*

Gerlaco mortuo ſuffragiis in diuerſum abiere Canonici.

1) Ita quoque *Trithemius* in chronico Hirsaugiensi p. 257 & seq. Sponheimensi p. 331. Longe aliter *Miscella*, quæ in Gerlaco sæpius exscripsi, *Moguntina* mscr. *In diebus illis erat quidam Decanus Moguntinus de natione Bauarorum Bopardienſium. Hic aſſumptis quibusdam de minori parte Capituli Maguntini, fecit perniciosam discordiam, eligendo quendam* Adolfum, *filium* Adolfi, *fratris* Gerlaci, *Archiepiscopi prædefuncti* de Nassaw, *puerum videlicet octodecennem, nondum moribus, obedientia tamen imbutum. Promiſſis & muneribus, vt dicitur, prædicti electores ſubornati. Maior autem & ſanior pars elegerunt ſeu poſtularunt* Cunonem *de* Falckenstein, *Archiepiscopum Treuirenſem.*

Nec

Edit. I p. 859 Nec aliter quoddam *chronicon mſcr.* quod ad ædem metropolitanam eſt; *In qua quidem die* (XII Martii) *duo fuerunt aſſumpti & nominati, quorum primus* Adolfus *de* Naſſaw, *filius quondam* Adolfi *de* Naſſaw; *alter vero dictus* Cuno *de* Falckenſtein, *actu hodierno die Archiepiſcopus Treuirorum.*

quod archidiœceſim multum damni peperit.

2) Diductis ita in diuerſa ſuffragiis multum damni Archidiœceſin contraxiſſe, eadem produnt *Miſcella*; *Ex qua diſſenſione magna pericula & incommoda in Archiepiſcopatu ſunt exorta. Prædones enim circumquaque ſedentes erecti ſunt, & nemini pepercerunt, nec fuit aliqua hoſtium ſeu amicorum . . . . Vnuſquiſque, qui præualuit, alium ſpoliabat, fugabat; tunc væ omnibus rurenſibus circumquaque habitantibus, quia tam religioſi, quam ſæculares indifferenter prædabantur, etiam moniales & monachi quorumcunque Ordinum. Tunc concremata eſt villa Flersheim per latrunculos Ryffenberg, & Eſchbach, & multæ aliæ villæ. Tunc confortati ſunt filii iniquitatum, prædones, raptores, qui Milites & Armigeri olim dicebantur, cuiuſmodi nomina portare iam non ſunt digni. & tam malus ſtatus ortus eſt in terra, ſicut nulla hominum ætas poterat meminiſſe.*

tandem cathedræ imponitur Ioannes Lucelburgius.

3) Tandem Cæſar *Ioannem*, Epiſcopum Argentoratenſem, quibuſdam Canonicorum adnitentibus, ad Moguntini Pontificatus honores perduxit, quem etiam Papa Gregorius XI confirmauit.

quibus parentibus natus fuerit.

4) Quibus ille natus fuerit parentibus, non vna omnium eſt ſententia. *VVenceslai*, primi Lucelburgenſium Ducis, filium faciunt *Lazius* de migrationibus gentium p. 102, *Bruſchius* in magni operis, de omnibus Germaniæ Epiſcopis, epitome n. LXII f. 16, *Guillimannus* de Epiſcopis Argentoratenſibus n. LXIV p. 396, auctor *Serarius* h. l. *Bertelius* hiſtor. Luxemburg. p. 61, *Balbinus* decad. I Miſcellaneor. lib. VII ſect. II tab. genealog. lit. g.) p. 185, & in notis ad eandem p. 188, *Schilterus* annotat. ad Kônigshovii chron. Alſatiæ cap. IV § LXXVI p 261, *Hubner* tab. geneal. CVII. Contra *Iacobus*, quem modo dixi, de *Königshoven* l. d. ſolum vocat Comitem *Ligniaci* vel *Lucelburgenſem*; Iohans *von* Line *oder von* Lutzelburg, *ein VValich*; ad quæ verba quidem *Schilterus* annotat, ita vocari, *quod in Gallia educatus eſſet, & pater* Wenceslaus *Comitatum* Lynienſem *gubernaſſet*; ſed non ita bene. Eodem it *Ioannes Gensbein*, dum in faſtis Limpurgenſibus § CXIII p. 59 de prœlio Iuliacenſi verba faciens ait: *Vnd* Iohann *Erzbiſchoff zu Maynz der vvare ein Bruder des vorgenanten* S. Paul, *vvievvol doch, daſs er ein VVahl vvar.* i. e. *Dicti huius Comitis* S. Pauli *frater erat* Ioannes, *Archiepiſcopus Moguntinus, ortu & ipſe Gallus.* Nec dubium, quin eo reſpexerit auctor, qui *Ioanni* λόγον illum ἐπιζήφιον, de quo infra § VI, ſcripſit, dum eum, quamuis non ita bene, *S. Pauli* vocat *Comitem.* Ceterum e recentioribus *Kônigshovium* ſequitur *VVimphelingus* in catalogo Epiſcopor. Argentinenſ. p. 92; Ioannes *de* Linie, *quem ſummus Pontifex, Carolo IV morem geſturus, Antiſtitem eccleſiæ Argentinenſi dedit, non conterraneum, atque Germanum, ſed natione Gallum.*

Si, quod ipſe ſentio, dicendum, in poſteriorum concedo ſententiam, ac *Ioannem VVenceſlai* conſanguineum ſtatuo, non filium; filium vero *Ioannis* Lucelburgenſis, Comitis Ligniaci, & *Adelheidis* Flandricæ. Vt ita ſtatuam, facit, quod *Kônigshoven* & *Gensbein* Ioanni ætate ſint ſuppares; ille præterea Argentorati vixerit, ac chronicon ſuum ſe anno MCCCLXXXVI concinnaſſe, cap. VI p. 396 diſertis verbis referat: *Lazius* vero, ceterique omnes longe inferioris ſint ætatis; ne dicam, quod teſtium idoneorum, quod ſciam, deſtituantur auctoritate, & ex minus curata ſtemmatis *Lucelburgici* notitia in hanc ſententiam deſcenderint.

5) Maiorem autem res lucem, firmitatemque accipiet ex ſchemate ſequenti.

* * *

Antiſtes hactenus Argentoratenſis,

6) Cathedram Argentoratenſem Caroli Imperatoris ope conſcenderat ac patrocinio. Diſerte *Kônigshovius* l. d. *Iohans* von *Line oder* von *Luzelnburg, ein VValich, » vvart durch des Kaiſers bette von dem Bobeſte gemacht Biſchof zu Strosburg, » vnd vvart an das Biſtum enphangen erlichen XIIII tage vor Sungichten. noch Gotz geburte M. CCC. LXVI ior. Vnd vvas funf ior Biſchof zu Strosburg.*

laudedubia.

7) Atenim non ea nominis laude, famaque illam inſedit, vt *Bruſchius* hic ait. Audiamus modo *Kônigshovium.* Is enim l. d. ſic pergit; *Dirre vvas ſenſtmutig vnd einvaltig, achtete nüt, vvie es in ſime lande gienge, echte men ime nuvvent vil dartruge zu eſſende. Er gab ouch morgens niman kein entvvurt, er hette denne e geſſen ein ſuppe, vnd darzu ein hun, oder ander fleiſch, alſo viſch. Das Biſtum ſtunt me an ſinen Ambachtlüten, denne an ime. vnd die richtetentz ouch vs noch irem vvillen.* in latino; *Eius ſubditi magis regebantur per ſuos familiares, quam per ipſum.*

8) Nihilo ſecius tamen parum aberat, quin e cathedra Argentoratenſi gradum feciſſet ad *ferme ſuiſ-* faſtigium Archiepiſcopatus Colonienſis. Cæſari enim id erat curæ. Tetigit id auctor quidam anonymus *chronici Colonienſis*, circa an. MCCCLXX conſcripti, nondumque editi, in hanc verborum ſententiam; *Cuius poſtula-* *Colonienſib⁹* *ſes obtruſus.*

tionis (loquitur de postulatione *Friderici* e Comitibus Sarwerdensibus) *effectum Dominus Imperator Karolus quartus, quamdiu potuit, impediuit; satagebat namque Dominum Argentinensem, consanguineum suum, ad Colonienſem ecclesiam transferre & promouere.*

9) Cum Coloniæ Cæsaris voluntati, votisque haud respondisset euentus, respondit tandem, vt iam dictum, Moguntiæ. Ibi namque ad pontificatus culmen euectus est, & quidem, vt *Miscella* modo dicta produnt, mense Maio. Edit. I pag.

forma corporis eximia erat, cetera simplex

II Princeps erat *vultus venustate, & corporis statura conspicuus, mitis, bonis præditus moribus, & simplex*, vt est in MSL. quem idcirco vulgus vocabat, *Episcopum ouem*, vel *agnum* (*Hamel*) itemque *Episcopum Gallicum*, vt est in MS. qui addit, eum *duobus duntaxat annis*, quod ex epitaphio postea intelligetur, Archiepiscopatum tenuisse, & quidem *satis vtiliter*. 861

1) Vnum ante alios specie, formaque corporis insignem fuisse, & *Königshovius* l. d. testatur; cetera vero hominem simplicem, minimeque sapientem. *Er vvas ouch der stoltzeste, schoneste Man von libe vnd von antlit, den men vinden mochte. Vnd vvas doch einvaltig vnd vnvvise, also vor ist geseit von ime.* Idem dicit *Latomus* in exemplo catalogi, quod mihi tractare licuit; *Princeps vultus venustate & corporis statura conspicuus, moribus leuis & simplex, qui potius regeretur, quam regeret.*

vrbem ingreditur.

3) Anno postero, circa finem Februarii, Moguntiam vrbem ingressus est, honestissime acceptus a ciuibus. Obuios tunc habuit Imperatorem, ac multos Principes. Testimonio hic nobis sunt *Miscella* ista mscr. quæ addunt, eodem, quo susceptus fuerit, die vesperi ortum fuisse tumultum istum contra Bohemos, de quo auctor § III. Dicunt tamen, Imperatorem non eodem die, sed sequenti demum summo mane vrbem reliquisse. Illos ceteroquin, qui furore acti in curiam irruperint, fuisse ex hominibus operariis, inauspicato tum vino largiore vsos, nec cæde solum manus polluisse, sed furto etiam; quædam enim Imperatrici subduxisse cimelia, vt ex dicendis patebit.

Moguntinis firmat priuilegia.

2) Archiepiscopus factus ecclesiæ Moguntinæ & toti diœcesi omnia firmauit priuilegia. Litterarum datum est; *Nürnberg 1371 am Sonabent vor Kilians tag.*

III Fuit eius tempore, anno scilicet MCCCLXXII, frequentissimus ecclesiasticorum, & politicorum Principum, ipso etiam Imperatore præsente, conuentus Moguntiæ, vt quid Pontifici ecclesiasticorum redituum decimam petenti respondendum esset, dispicerent. Erant vero Moguntini Bohemis, quorum Imperatorem comitabatur multitudo, infensi. Quare *die quodam* (narratio est MSL.) *cum Imperatrix ciuitatem esset egressa, animi gratia, hospitia Bohemorum, præcipue zum Thiergarten, quo Carolus diuerterat, violenter irrumpunt. Quos dum non inueniunt, horti ianuam, vbi Augusta manebat, effringunt, ac quotquot illius gentis homines comprehendere poterant, nulla reuerentia celsitudinis habita, omnes interficiunt. Cæsar ea re plurimum irritatus & commotus, eodem statim die vrbem relinquit. Latrones vero læsæ maiestatis rei, a senatu statim comprehensi, gladio cæsi sunt, sicque tamen vix crimen Moguntia eluit.*

de cæde Bohemorum tum exorta.

1) Curatius paullo *Miscella* nostra; *Dum garriones quidam alamodici & Bohemi rixarentur, oriebatur clamor, Bohemos ciuitati facere insidias —— & quidam ex eis irruperunt curiam dictam* Dirgarten, *videlicet emunitatem Archiepiscopi, vbi Bohemi conuersabantur in seruitio Imperatricis, quæ illa hora extra ciuitatem in horto quodam spatiabatur. Et illi nequam cum fustibus & securibus effregerunt ianuas & portas emunitatis predicte, interficientes Bohemos, quos poterant inuenire, & etiam cameram siue cubile Imperatricis, violenter destructa porta intrauerunt, & quotquot poterant ibi inuenire tunc in lecto & subtus lectum Imperatricis, occiderunt de Bohemis, rapientes etiam quædam de elenodiis Imperatricis. Vnde Imperator & Imperatrix multum indignati sunt, altera die summo mane recesserunt. Et omnes honesti ciues ex illo facto multum dolebant. & postea multos de illis occisoribus captiuarunt, & tres in curia ante dictam emunitatem decapitarunt, aliis dimissis.*

Cum hic, alibique curiæ zum Thiergarten *fiat mentio, non ab re erit, paucis notare, quod ædi primariæ fuerit contigua, ac Archiepiscoporum, cum Moguntiæ essent, domicilium. Testimonii loco nobis sunt* Conradi III *litteræ anno MCCCCXXI datæ:* —— dass vvir angesehen haben die sunderlich lieb vnd gunst, die vvir han zu dem Edlen, *Dieterich, Herrn zu Erbach*, Dumherrn zu Mentze —— han vvir ime gelihen *vnsern Hoffe*, genant *der Thiergarten*, also dass er den sin lebtag inhaben, vnd darin vvohnen soll, doch mit behaltnus, so vvir zu Mentze sin, dass vvir dan *vnser lager, herberg, vnd wesen* darin haben vnd halten sollen, *als bisher* vngeferlich. Theoderici *itidem Archiepiscopi ad fratrem suum*, Dietherum *de* Erbach, *anno MCCCCXXXV signatæ*; Vnsern Hof *der Thiergarten* genant, vnd zu Menz *bei dem Dum* gelegen. *Est, vt id addam, curia illa, cui Archiepiscopi, ædem primariam religionis caussa inituri, hodie succedunt. Eorum alioqui est, qui illum Canonicorum cuidam pro lubitu concedere solent.* *de curia zů Thiergarten*

ciuitati priuilegia confirmat.

2) Post vero ciuitati a decessoribus indulta sciuit, datoque diplomate rata habuit priuilegia. Clausulæ verba ita habent: *Vnd ist dirre selbe brief geben an des Heiligen Sant Boni-*

ad p. 682

* Henricus *cæcus*,
Comes *Namureensis*, &, exstincta Comitum
Lucenburgensium stirpe masculâ,
etiam *Lucenburgensis*.
† post an. 1188, admodum senex.
** vx. *Agnes*, Geldriæ Comitis filia.
*** ambo sepulti in agro Namurcensi, *Floreffiæ*, quam *Henrici* pater condiderat.

Ermensindis.

* *Filius fuit* Godefridi *Comitis Namurcensis ex vxore secunda*, Ermensinde, *sorore* Wilhelmi *Lucelenburgensis. vid.* Albericus *ad an.* 1168 *p.* 351. *Anno* 1154 *Bronienſem* S. Gerardi *Abbatiam in tutelam suscepit. vid.* Miræus *l. d. lib.* 1 *cap.* 60 *p.* 128.

** *Albericus* ad an. 1193 p. 400; Theobaldus *Comes Barrensis ante castrum de Namurco duxit exercitum satis copiosum, quia filiam* Henrici *Comitis cæci vnicam, in eius senectute de* Agnete *sorore* Comitis *de* Gelra *quodam accidenti natam, duxerat in vxorem, nomine* Ermensondem *&c.*

*** Vid. *Miraus* l. d. lib. 1 c. 60 p. 128.

a) In diplomate *Conradi III* 3 Kal. Ianuar. testium it *Lemborch*, *& frater Arlon.* vid. *Miraus* lib cap. 59 p. 124.

b) *Albericus* in chronico ad *etiam prædictus Campa Sex — Secunda* Agne

**b*) *Blondellus* Barri Campa

c) Anno quidem 1238, fe sterii ad *Rodam Ducis Miraus* l. d. lib. 2 cap. secundum *Albericum* *Obiit* Valeranus *Dux* d *corus (& satis audax pater eius, senior* Henr

genuit Agne*m vero duxit relictam* An*de* Barro *sumes iste Barore*, Ermen*is*, *filiam* Isa*alramus* Lon*Walleramum* *postea* Wal*eperit filios*, *Ducissa. c Limborch*, *n de* Arlon, *ninibus quam dem castrum*

meum pertinentibus, laude & assensu prædicti patris mei, Ducis, & fratrum meorum, Henrici *de* Vaxemberch, & Gerardi *de* Horne, *& etiam filiorum meorum*, Henrici & Walrami . . *Dominæ* Ermensendi, *Comitissæ Lucelburgensi & Rupensi, vxori meæ, in legitimam dotem contuli & concessi. — Hæc omnia . . . me firmiter & semper seruaturum super sacrosanctas reliquias iuraui an. MCCXIV mense Maio.* vid. *Miraus* l. d. lib. 1 cap. 72 p. 161.

Ego Ioanna *Flandriæ & Hannoniæ Comitissa omnibus certum facio, quod post longam guerram, habitam inter me &* Philippum *Marchionem Namurcensem, consanguineum meum & fidelem ex vna parte, & Virum Nobilem, Dominum* Valeranum, *Ducem* de *Lemburg, & Dominam* Ermensindem, *vxorem eius, ex altera parte, super Comitatu Namurcensi pax est refor-*

ad p. 682

Henricus II Limburgensis,
Walerami II fil.
a) occur. an. 1146.

Waleramus III,
c) † an. 1238. al. 1226.
d) sepultus in monasterio Rodensi.
vx. 1) N. Montensis ad Rhenum Comitis fil.
f) vx. 2) *Ermensindis* Lucenburgica, *Theobaldi* Barrensis vidua.

1	1	2	2
Henricus, *Dux Limburgensis.*	Waleramus *minor*, vx. *Isabella* Barrensis.	b) Henricus I vulgo *Blandelus* dictus, *Comes Lucenburgensis.*	** Gerhardus, *Dominus de Durbuy.*
* v. *Brouerus* l. 16 § 24 p. 142.		* vixille dicitur vique ad an. 1270.	

Rainaldus,
Barri & Moncionis Comes.
† an. 1170, d. 10 Aug.
b) vx. *Agnes*, f. *Theobaldi IV*. Campaniæ Comitis.
*b) quæ marito *Lineii* Castellaniam attulit.
d. circa an. 1150.

Theobaldus I,
e) vx. 1) *Lauretta* Loffensis.
e) 2) *Isabella* de *Barro* ad Sequanam.
e) 3) *Ermensindis* Lucenburgica.

1	2	3
Agnes, vx. *Friderici II* Ducis Lotharing.	Henricus, † an. 123. g) vx. *Philippa*, f. *Roberti* Drocensis.	Isabella, vx. *Walerami* junior. Limburgens.

b) Margareta, desp. an. 1231. d. an. 1240. *Lineii Castellaniam* intulit similiæ Lucenburgensi.

Theobaldus II.

* Henricus *cæcus*, Comes *Namurcensis*, &c, extincti Comitum *Lucenburgensium* stirpe masculâ, etiam *Lucenburgensis*.
† post an. 1188, admodum senex.
** vx. *Agnes*, Geldriæ Comitis filia.
*** ambo sepulti in agro Namurcensi, *Flaressa*, quam *Henrici* pater condiderat.

Ermensindis.
* *Filius suus* Godefridi *Comitis Namurcensis ex uxore secunda*, Ermensinde, *sorore* Willelmi *Luceleburgensis. vid.* Albericus *ad an.* 1168 *p.* 351. *Anno* 1154 *Bruniswm* S. Gerardi *Abbatiam in insulam suscepit. vid.* Miræus *l. d. lib.* 1 *Cap.* 60 *p.* 128.
** *Albericus* ad an. 1193 p. 400; Theobaldus *Comes Barrensis ante castrum de Namurco duxit exercitum satis copiosum, quia filiam* Henrici *Comitis cæci vxorem, in eius sanctitate de Agnete sorore* Comitis de Gelra *quodam accidenti natam, duxerat in uxorem, nomine* Ermensindem *&c.*
*** Vid. *Miræus* l. d. lib. 1 c. 60 p. 128.

coniuges

Henricus II,
Comes Lucenburgensis.
vx. *Beatrix*, f. *Balduini de Avennes & Felicitatis de Codiciaco.*

Waleramus I,
i) *Lineii Dominus &c.*
vx. *Joanna de Beaurevoir.*
ambo sepulti in *Claro-monte*, monialium cœnobio, propè *Orelannum*, vulgò *Arlan.*

Henricus III, *Comes Lucenburgensis, Imperator* huius nominis *VII.* vx. *Margareta*, f. *Joannis* Ducis Brabantiæ.	Waleramus, † an. 1311 in obsidione Brixiæ.	Balduinus, *Archiep. Trevirens.*

k) Waleramus II,
Dominus de Liney & Beaurevoir.
vx. *Guiotta*, f. *Joannis IV* Insularum Castellani, & *Beatricis de Clavomonte.*

Ioannes,
fit Rex Bohemiæ.
vx. 1) *Elisabetha*, *Wenceslai IV* Regis Bohem. fil.
2) *Beatrix*, fil. *Ludovici* Borbonii.

Ioannes,
Dominus de Liney, Beaurevoir, Rumfy &c.
l) vx. 1) *Adelheidis*, fil. *Guidonis* Flandriæ Comitis, & *Mariæ de Sotteghien*,
m) vx. 2) *Joanna* dicta *Bacon*, Domina de Molayo.

1	1
Guido, n) *Comes de Liney & S. Pauli &c.* cæsus an. 1371 in prælio Iuliacensi. o) vx. *Mathildis*, f. *Joannis de Castellione*, & *Joannæ de Fiennes*, hæres Comitatus *S. Pauli*, quem marito attulit.	p) IOANNES, *Episcopus Argentoratensis*, 1366. *Archiepiscopus Moguntinensis* huius nominis *I*, 1371. † an. 1373.

Carolus, *Rex Bohemiæ, Imperator* huius nominis IV.	Ioannes Henricus, *Marchio Moraviæ.*	Wenceslaus, primus *Lucenburgens.* Dux. † an. 1383, d. 7 Dec. vx. *Joanna*, fil. *Joannis III* Brabantiæ Ducis. † an. 1406. ob. sine liberis.

a) In diplomate *Conradi III*, dato Aquisgrani an. 1146. 3 Kal. Ianuar. testium in numero fuit: »*Henricus de Lemborch, & frater eius Comes Waleramus de Arlon.* vid. *Miræus* lib. 1 diplomatum Belgicorum cap. 59 p. 124.
b) *Albericus* in chronico ad an. 1152 p. 322; *Habuit etiam prædictus Campaniæ Comes* Theobaldus *filias sex — Secunda* Agnes *Barri Ducis Comitissa.*
*b) *Blandellus* Barri Campano-Franciei p. 55.
c) Anno quidem 1238, secundum documenta monasterii ad *Rodam Ducis* siti, in quo sepultus. vid. *Miræus* l. d. lib. 2 cap. 73 p. 371; anno vero 1226, secundum *Albericum*, qui l. d. ad h. a. p. 521; *Obiit* Valeranus *Dux de Ardenna, vir corpore decorus (& satis audax) post decem annos, ex quo pater eius, senior* Henricus *de* Lemborc, *decesserat, qui simile sepulcri in ecclesia de* Rode, *Ordinis Augustini.*
d) vid. lit. c) præcedentem. Cetcrum cohonestatus fuit hoc epitaphio:
Ille fuit talis virtutibus, Imperialis
Majestas similem vix scit habere parem,
Lucburg Dux, Archas Arlon, Comes in Lucelburg,
Walramus dictus, Dux Henricus *pater eius.*
Miræus l. d. l. 2 cap. 73 p. 371. Ceterum an. 1195 militavit in Syria, & an. 1198 Aquas Grancas defendit pro Philippo Sueuo, contra Othonem IV. vt in *auctario Aquicinctino post Sigebertt* chronicon legitur.
e) *Albericus* l. d. ad an. 1214 p. 475 & seq. *Dictus Comes* Theobaldus *primam habuit uxorem* Lorettam, *filiam Comitis* Ludouici, *sororem Comitis* Gerardi Loccnsis, *diœcesis Leodiensis, de qua genuit* Agnetem, *Ducissam Lotharingiæ. Secundam vero duxit post mortem primæ,* Isabellam *nomine, relictam* Anselmi *de* Triangulo, *sororem* Comitis *de* Barro *super Sequanam. — de qua natus est Comes iste Barrensis* Henricus. — *De tertia sua uxore*, Ermensinde, *filia* Henrici *Comitis Namurcensis, filiam* Isabellam *nomine genuit, quam iunior* Walramus Longus *habuit, & ei peperit postmodum* Walleramum *de* Poilevache. *Ista* Ermensindis *nupsit postea* Walleramo, *filio* Henrici, *cui plurimos peperit filios, una eius filia* Catharina *est Lotharingiæ Ducissa.*
f) *Ego* Walramus, *filius* Henrici *Ducis de Limborch, & Marchio Arlonensis, castrum meum de* Arlon, *cum omnibus appendentiis, tam in hominibus quam casamentis, & redus omnibus ad idem castrum meum pertinentibus, laude & assensu prædicti patris mei, Ducis, & fratrum meorum,* Henrici *de* Vaxemberch, & Gerardi *de* Hoene, *& etiam filiorum meorum,* Henrici & Walrami . . *Domina* Ermensendi, *Comitissa Lucelburgens. & Ruppens., vxoris mea, in legitimam dotem consuli & concessi. — Hæc omnia . . . me firmiter & semper servaturum super sacrosanctas reliquias iurauí an. MCCXIV mense Maio.* vid. *Miræus* l. d. lib. 2 cap. 72 p. 161.
Ego Ioanna *Flandriæ & Hannoniæ Comitissa omnibus certum facio, quod post longam guerram, habitam inter me & Philippum Marchionem Namurcensem, consanguineum meum & fidelem ex una parte, & Virum Nobilem, Dominum* Valeranum, *Ducem de Lemburg, & Dominam* Ermensindem, *vxorem eius, ex altera parte, super Comitatu Namurcensi pax est reformata.*

reformata — Actum apud Dionantium feria II post Innocauit, *anno MCCXXII, mense Martio.* vid. *Miraus* l. d. lib. 2 cap. 74. p. 371.

Scriptor domesticus actorum *Ioannis I* Archiepiscopi Trevirensis apud *Brouverum* lib. 15 annal. Trevirens. § 41 p. 97; Valerianus *filius fuit* Henrici *Ducis Limburgi*; *qui post mortem* Theobaldi *Comitis Barrensis*, *relictam ab eo viduam*, *Comitem Luxemburgi*, *accepit uxorem*, *& pacem bonam diebus suis fecit in territorio Trevirensi*, *ubi longe splendus atque omnibus artibus formam bonis*, *insigni bellica virtutis studio claruit: at si qua popularis aura gloriaque flexa cupidine exarsit*, *pace salutis ac immortalium rerum procurationis indulsisset*, *inter praestantissimos sui saeculi Principum numerari poterat.* Ex his patet, falli Virum Illustrem *Iac. Paul.* a *Gundling*, dum lib. 1 de vita rebusque gestis *Henrici VII* sectione 3 § 9 p. 42. & sub finem in tabula genealog. p. 291 *Ermensindis* e domo Limburgica matrimum *Henrici* nomine appellat. conf. lit. *e*)

g) *Albericus* ad an. 1219 p. 504; *Comes Barri* Henricus *nuptias suas fecit*, *ducens in uxorem filiam Comitis* Roberti, *nomine* Philippam.

h) *Ego* Ermensindis, *Comitissa Luxemburgensis*, *Marchionissa Arlunensis*, *omnibus praesentes litteras inspecturis notum facio*, *quod* Henricus, *Dominus de Luxemburg*, *filius meus*, *ducere debet in uxorem* Margaretam, *filiam Domini* Henrici, *Comitis Barrensis*, *& idem Comes dedit filio meo praedicto in maritagium* „Lineyum & Castellaniam *cum dependentiis &c. Actum anno Domini MCCXXXI mense Julio.* Notes hic, quod *Margareta* tum temporis nondum nubilis, utroque manara fuerit.

i) Philippe *Comte de Bar fai sçavoir a tous ceux, qui ces lettres verront, que j'ay donnez a Monsieur* Henry, *Comte de Luxembourg, en mariage, avec* Marguerite, *ma fille*, Liney *& ses appendances — Ce fut l'an dernais de Pentecoste, quand la millaires courait par mille deux cens & quarante, au mois de Juinet.* v. *Florentius* van *der Haer* lib. 2 de Castellanis Insulensibus cap. 4. *Blondellus* Barri Campano-Francici p. 55.

**) *Miraus* l. d. lib. 1 cap. 95 p. 220. Pactus cum Trevirensibus inducias his confirmant litteris; *Carardus de Luxemburgo*, *Dominus Durbuichii*, *universis praesentes litteras visuris notum facimus*, *quod nos*, *pro nostris & pro nobis*, *super controversia*, *quae versatur inter nos ex una parte*, *& communione civitatis Trevirensis ex altera*, *dilla communitati datimus indutias firmas & stabiles*, *usque ad proximam purificationem B. Mariae sine aliquo dolo*; *& hoc literis hisce parentibus testatum facimus. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo*, *sabbato ante festum B. Thomae Apostoli.* v. *Brouverus* l. d. lib. 16 § 48 p. 149. Notes autem velim, quod *Valeramus* ex *Ermensinde*, praeter *Henricum* & *Gerhardum*, trium etiam filiarum pater fuerit. 1) *Margareta*, quae *Theobaldo II* Comiti Barrensi elocata fuit. 2) *Catharina*, *Matthaeo II* Lotharingiae Mutellanae Duci nuptae. 3) *Maria*, quae *Walgeramo* Comiti Falcobergensi in matrimonium convenit. *Miraus* l. d.

i) *Nous* Henris *Cuens de Luxembourc & de la Roche*, *& Marchis d'Erluns*, *& nous* Marguerite, *sa famme*, *Contesse & Dame de ces meismes lieus*, *faisons savoir a tous*, *que nous avons donei a* Waleran *nostre fil en heritage* „Liney & la Chatellerie, *sauf ce a nous* Marguerite *&c. Ce fui fait & donei l'an de grace nostre Signor quant li millaires corroit par mil & dans cens & sexante deus ans*, *le jor de la feste sainte Lucie en mois de Decembre.*

k) vid. *Blondellus* cap. 68 plenior. affertionis genealog. Francicae p. 44.

l) Philippe *par la grace de Dieu Roys de France*, *a tous ceulx*, *qui ces lettres verront*, *salut. Savoir faisons*, *que comme nostre ame & feal Chevalier* Jehan *de Lucembourc*, *Chastellain de Lille*, *nous eut requis*, *que a* „Guy, Waleran, Henry, „Jehan, Philippe, & Jehanne *meseurs d'ans enfans dudit Chevalier de feu* Alix de Flandres, *jadis sa femme*, *nous pourveissions de Tuteurs & Curateurs — En tesmoing — Donnees a Paris, l'an M. CCC. XLVII.* vid. *Quercetanus* in histor. genealog. Luxemburg. pr. f. 95, & ex eo *Fredius* genealog. Flandricae parte 2 p. 20.

m) *Cum dilecta & fidelis nostra*, Ioanna *dicta* Bacon, *Domina de Malayo*, „*relicta defuncti* Ioannis *Luxemburgensis*, *quondam Castellani Insulae*, *& Domini de Rumcy*, *altrex in hac parte*, *plures rationes & falla proposuisset in nostra Parlamenti curia*, *contra dilectas nostras & fideles*, Mathildim *Comitissam S. Pauli*, *relictam defuncti* Guidonis *Luxemburgensis*, *ultimi Comitis de Ligniaco & de S. Paulo*, *Waleranum de Lucemburgo*, *Comitem de Ligniaco*, *primogenitum dictarum Comitis & Comitissae &c. Pronuntiatum die 27 Aug. an. 1371.* Ita ex *Regesta Curia* p. 35 & seq. Barri Campano-Francici *Blondellus.*

n) *Petrus Divensis* ter. Brabanticar. lib. 15 p. 181; *Professus — scribit*, — *Porro intebella ea nostrorum trepidatione*, *hostes facile imperii strata confestim prima acie*, *quam* Guido Comes S. Paulli & Valerianus *filius dictabatur*, *reliquos pari imperii dissessse*; *trucidatis compluribus*, *maximum captivorum numerum fuisse — Cujorum ex nostris illustriores fuere*, Henricus a Cuyck — „Guido a Ligniaco, Comes Sancti Paulli &c.

Gemblacus falsor. Lamperg. § 113 p. 59; *Vnd der Grav von S. Paul von Vrfelchland bleib auf der Brabander seiten*, *mit viel seiner landsleute aus Vrfelchland.*

e) vid. lit. *m*)

f) *Iacobus* von *Kaningshoven* cap. 4 § 76 p. 261; Johans von Linc *oder von* Lützelnburg, *ein Vrfelch*, *vvart durch des Kaisers bede von dem Bpbste gemacht Bischof zu Strasburg &c.*

Gemblacus l. d. *Vnd* Johann *Erchischoff zu Maynz*, *der vvare ein Bruder des vorgenanten* S. Paul. Quem secutus *Brouverus* annal. Trevirens. lib. 18 § 34 p. 244; *Oppetisse ibi fertur prid. Nonas Aprilis* Ioannes de Lutzelburg, Sancti Pauli Comes, *Argentinensis Episcopus primum*, *deinde Moguntinus Archiepiscopus. Fuere ei fuit* Guido S. Pauli Comes, *qui in acie Inliacensi occubuit.* Vt tamen non ita bene *testatum S. Pauli* Comitem vocet; quandoquidem frater illius *Guido* demum per vocem *Mathildem* Comes *S. Pauli* factus est.

' *Erluns , & nous* Marguerite , *ſa fa-
& Dame de ces meiſmes leus , faiſons
, que nous avons donei a* Walerans *no-
tage* » Liney & la Chaſtellerie , *ſauf*
Seiguerite *&c. Ce ſui fait & donei l' an
Signor quant li miliaires corroit par
ens & ſexante deus ans , le jor de la
cie en mois de Decembre.*
tab. 68 plenior. aſſertionis genealog.
t.

*a grace de Dieu Roys de France , a
ui ces lettres verront , ſalut. Savoir
comme noſtre amé & feal Chevalier
mbourc , Chaſtellain de Lille , nous
que a* »Guy , Waleran , Henry ,
lippe , & Jehanne *meneurs d' ans en-
evalier de feu* Alix *de* Flandres , *jadis
us pourveiſſions de Tuteurs & Cura-
teſmoing -- Donnees a Paris , l' an
II.* vid. *Quercetanus* in hiſtor. genea-
rg. pr. f. 95 , & ex eo *Vredius* genea-
: parte 2 p. 20.

g) *fidelis noſtra ,* Ioanna *dicta* Bacon,
Iolayo , »*relicta defuncti* Ioannis *Lu-
quondam Caſtellani Inſulæ , & Domi-*

h) *actrix in hac parte , plures rationes
ſuiſſet in noſtra Parlamenti curia , con-
ſtros & fideles ,* Mathildim *Comitiſſam
ctam defuncti* Guidonis *Lucemburgen-
Comitis de* Ligniaco *&* de S. Paulo ,
le Lucemburgo , Comitem *de* Ligniа-
*itum dictorum Comitis & Comitiſſæ &c.
Pronuntiatum die 27 Aug. an.* 1371. Ita ex *Rege-
ſto Curiæ* p. 35 & ſeq. Barri Campano-Francici
Blondellus.

n) *Petrus Divaus* rer. Brabanticar. lib. 15 p. 181 ; *Froſ-
ſardus — ſcribit , — Porro intellecta ea noſtro-
rum trepidatione , hoſtes factо impetu ſtrata conſe-
ſtim prima acie , quam* Guido Comes S. Paulli &
Valeranus *filius ductabant , reliquos pari impetu dis-
iecisſe ; trucidatis compluribus , maximum captiuo-
rum numerum fuiſſe — Caſorum ex noſtris illuſtrio-
res fuere ,* Henricus *a* Cuyck — » Guido *a* Ligniа-
co , Comes Sancti Paulli &c.
Gensbein faſtor. Limpurg. § 113 p. 59 ; *Vnd der Grav
von* S. Paul *von VVelſchland blieb auf der Braban-
der ſeiten , mit viel ſeiner landsleute aus VVelſch-
land.*

o) vid. lit. *m)*

p) *Iacobus* von *Königshoven* cap. 4 § 76 p. 261 ; Iohans
von Line *oder von* Lüzelnburg , *ein VValich , vvart
durch des Kaiſers hette von dem Bobeſte gemacht
Biſchof zu Strosburg* &c.
Gensbein l. d. *Vnd* Iohann *Erzbiſchoff zu Maynz der
vvare ein Bruder des vorgenanten* S. Paul. Quem
ſecutus *Brovverus* annal. Treuirenſ. lib. 18 § 34
p. 244 ; *Oppetiiſſe ibi ſcribitur prid. Nonas Apri-
lis* Ioannes *de* Lutzelburg , ſancti Pauli Comes , *Ar-
gentinenſis Epiſcopus primum , deinde Moguntinus
Archiepiſcopus. Frater ei fuit* Guido S. Pauli Co-
mes , *qui in acie Iuliacenſi occubuit.* Vt tamen non
ita bene *Ioannem S. Pauli* Comitem vocet ; quan-
doquidem frater illius *Guido* demum per vxorem
Mathildem Comes *S. Pauli* factus eſt.

Edit. I p. 861

Bonifacius dag, vnſers gnedigen Heren, vnd Vorfaren in ſinen zyten Erzb. des Heilgen Stuls zu Mentze, in dem iare da man zalte nach Gotz geburte duſent, druhundert, vnd in dem zvvey vnd ſyebenzigſten iare.

curiâ Dreyſe oneribus eximit.

3) Simili beneuolentia, Eltuillæ poſtridie diei Laurentio martyri ſacræ, curiam *Dreyſe*, quæ tum in bonis Præpoſituræ Hirzenauienſis erat, nunc vero in poſſeſſionibus PP. Societatis Ieſu eſt, oneribus, ſeruitiisque (iis tantum exceptis, quæ Archiepiſcopo *in reyſis* ſiue itineribus præſtanda venirent) telonio itidem, Ehrenfelſæ de fructibus curiæ, qui per Rhenum deducerentur, præſtando, exemit, liberamque dixit. Adiecta tamen conditio, vt in beneficii huius memoriam Præpoſitus Hirzenauienſis quotannis feſta Michaelis Archangeli luce *centum cruſilina, valida & bona, in Siburg facta, & duo paria botorum bonorum ſedi det, offeratque*, vt ex tabulis, quas in codice Diplomatico dedi, patet.

Erfurtenſibus beneuolus eſt.

4) Ceterum Erfurtenſibus auxilium aduerſus Landgrauium ſpopondit, & vt hoc magis vrbem de promiſſis certam redderet, omnia ipſis priuilegia confirmauit. Addit *Gudenus* hiſtor. Erfurtenſ. lib. II § XV p. 114; *Remiſit etiam partem mulctæ a cæde Iudæorum in ſingulos annos pendi ſolitæ: quæ cum antea ad centum marcas argenti quinquennio excurreret, ipſe in decem annos tantum centum quinquaginta ſtipulatus eſt.* Haud adeo bene. Si enim huc contuleris, quæ ſupra in Gerlaco ex actis publicis attuli, videbis, haud poſſe dici, quod ciuitati mulctam ob cædem Iudæorum remiſerit, & quidem mulctam, quæ antea ad centum marcas argenti excurrerit quinquennio. Quippe ciuitas in ſingulos annos centum marcas, die B. Martino feſta exſoluendas, in ſe receperat. Receperat autem non mulctæ inſtar & pœnæ loco, ſed ex pacto, ob Iudæorum occiſorum bona auerſa, Gerlaco iuri in ea ſuo renuntiante.

IV Eodem anno MCCCLXXII *Ringauienſes deſtruxerunt & combuſſerunt caſtrum Delckenheim*, prædonum latibulum, capto loci Domino Wilderico.

Circa finem Februarii, vt notant *Miſcella* modo laudata, duce *Dietzla*. Inuaſerant autem id diluculo.

V Cœpit eodem anno Erfurtenſis Carthuſia, prout in eius notatum periſtylio. Cum enim ad auxilii montem, de quo lib. III dixi notatione XX, miraculorum, quæ diuinitus ibi fiebant, cauſſa concurſus eſſet plurimus, plurimæque oblationes, harum pars tertia ſacerdoti, qui ſacra curabat, conſtituta fuit. Ille vero magnis inde auctus diuitiis amico cuidam ſuo Ioanni Ortinis †, Dorlenſi Præpoſito, viro pio, negotium teſtamento dedit, vt in DEI honorem, animæque ſuæ ſubſidium ac ſalutem illas iſte conferret. Bona igitur & Reuerendiſſimi Archiepiſcopi, & ſenatus Erfordiani venia decreuit hic Carthuſianum ad Erfordiam cœnobium erigere. cumque de opportuno loco eſſet ſollicitus, architectum, qui circumſpiceret diligenter omnia, miſerat. Huic vero aſtitit iuuenis, qui locum, vbi Carthuſia nunc eſt, laudauit, ſimulque ſubito euanuit. Atque hunc ea elegantia & pulchritudine fuiſſe affirmabat architectus ille, vt, alterius libenter oculi iacturam faceret, ſi eum iterato ſemel duntaxat conſpicari daretur. Fuit autem conſecratum nouum hoc ſacrum ædificium anno MCCCLXXIV, poſt ipſius Ioannis mortem *, quæ anno MCCCLXXIII accidit.

† l. *Ortonis*. Sic enim vocabatur; vti diſcere eſt ex tabulis, quibus ei *Gerlacus* anno MCCCLVIII, in *die Cœnæ*, quæ *Viridium* alias appellatur, adminiſtrationem ac gubernationem alodii Erfurtenſis tam in ſpiritualibus quam temporalibus commiſit.

* Conf. *Gudenus* l. d. § XV p. 114 & ſeq. Anno MCCCLXXIII illum obiiſſe, cum epitaphium clare dicat, explicetque, corrigendus omnino hic *Trithemius*, qui l. d. chronici Hirſaug. p. 200 fatis illum an. LXXII functum, & in æde metropolitana tumulo illatum ſcribit.

Moritur.

VI Ioannis vero corpus *Eluil* (hodie *Elfeldt*) vbi fuerat mortuus, deductum fuit in Eberbacenſis monaſterii templum; in quo hoc epitaphium: *Anno Domini milleſimo trecenteſimo, ſeptuageſimo tertio, pridie Nonas Aprilis, obiit Reuerendus in Chriſto Pater & Dominus Ioannes de Lutzelburg, Sancti Pauli Comes, Argentinenſis Epiſcopus primum, deinde Moguntinus Archiepiſcopus, Domino Gerlaco de Naſſavv Archiepiſcopo Moguntinenſi tunc ſuccedens: in Altævilla veneno intoxicatus, vita defungitur, in aliud ſæculum receptus.* Narrat in Sponheimenſi Chronico eadem *Trithemius* an. MCCCLXXII.

ſepelitur in cœnobio Erbacenſi.

p. 331

1) Λόγος hic ἐπιτάφιος non amplius ibi occurrit. Vt adeo veriſimile ſit, in tabella olim fuiſſe appenſum. Adeſt vero etiamnum lapis, in medio chori ſolo impoſitus, cum hac circum effigiem Ioannis exſculptam inſcriptione;

Anno Domini MCCCLXXIII, pridie Non. April. obiit Reuerendus in Chriſto Pater, Dominus Iohannes Archiepiſcopus Moguntinus. Cuius anima requieſcat in ſancta pace, Amen.

2) Poculo mortifero ſublatum validus quidem, incertus tamen fuit rumor; de quo *Trithe-*

veneno peremptum rumor erat.

Trithemius l. d. chronici Hirsaugiensis: *Multorum tunc fuit opinio, veneno illum interiisse. quod verum sit, an falsum, scire non possum.*

vt Sedi præfuerit. 3) Satis vtiliter gubernasse populum & prouinciam, dixit, quem auctor § II citauit *MS.* Idem habet, quem ad ædem summam esse dixi, *Mscr.* Vtrum vero tam vtiliter sedi præfuerit, ac ii quidem volunt, forsan haud sine caussa dubites. *Bonum virum & nulli molestum* fuisse, *Trithemius*, vti supra iam dictum, scripsit. Edit. I pag.

LVDOVICVS.

Quanquam is vere in Archiepiscopis Moguntinensibus haberi debeat, cum a Pontifice Sedi impositus sit, a Cæsare vero beneficia ac commoda ab Imperatoribus tribui solita sub lege beneficiaria receperit, vt ex dicendis patebit; aliis tamen fere aliter visum; eos inter etiam auctori *Serario*; qui ideo haud peculiari de eo agit capite, vti supra de *Christiano I* &c. sed post *Ioannem I* statim ad ADOLFVM accedit, & sermonem sic orditur;

I

ADolfus *Nassouius* erat, e patre, qui Gerlaci Archiepiscopi, de quo antea, frater: olim, vt in Ioanne dictum, electus, nunc vero cum Spirensis iam Episcopus esset, ad Moguntinum Archiepiscopatum a metropolitano Capitulo postulatus anno MCCCLXXIII; vt videatur vana suspicio, quæ tamen ipsi apud Pontificem forte obfuit, quam de ipso vagatam ait MS. *eum toxici*, de quo in superiori epitaphio, *auctorem fuisse.*

Ludouicus II Sed grauis ei competitor & aduersarius fuit Ludouicus Misniæ Marchio, Thuringiæ Landgrauius, Friderici filius, Ludouici Imperatoris ex Mechtilda nepos, Episcopus primum Halberstadensis, mox Bambergensis. *Hic* enim, vt ait libr. X Metropolis cap. XXIII *Crantzius*, per *multas ambulans ecclesias, quærens requiem, & non inueniens*, perfecerat Imperatoris Caroli IV fauore ac ope, vt a Gregorio XI Moguntino augeretur Archiepiscopatu anno MCCCLXXIV, quo maxima Rheni inundatio, Bingæ præsertim. Et licet ante Ludouicum, oppida & munitiora loca occupasset Adolphus, prœlio tamen cum eo prope Erfordiam iuxta fluuium Vnstrut, & castrum Bobest decertasset, nisi prœlium vtrimque vetuisset Imperator, qui ad ipsa Ludouici castra cum auxiliaribus copiis venerat. *Continuit se*, vt ait libro citato *Crantzius* cap. IX, *Erfordiæ Adolphus.* ad cuius *mœnia vrbis tonuit Carolus; sed tum nihil profecit, nisi quod villas & vineas omniquaque exureret.*

ex Marchionibus Misniæ, 1) *Friderici* cognomento *Grauis* siue *Seueri* filius fuit hic *Ludouicus*, *Friderici* vulgo *Strenui* frater. *Langius* chronici Citizensis p. 842, auctor *historiæ de Landgrauiis Thuringiæ* cap. CXXVI p. 947. Natus anno MCCCXL, postridie diei, qui *D. Matthiæ* in fastis sacer est. Fidem faciunt *Annales Vetero-cellenses* § XXIX p. 150 & seq. *Fridericus — præcedentis Friderici filius, Thuringiæ Landgrauius & Marchio Misnensis, ex Mechtilde filia Ludouici Imperatoris genuit quinque filios* ——— *Quartus* Ludouicus *natus fuit anno Domini MCCCXL, in crastino Matthiæ Apostoli.* Conf. *vetus tabula*, quondam in æde monasterii *veteris Cellæ* appensa, quam e schedis Hortlederianis *Tenzelius* protulit Bibliothecæ curiosæ tomo I p. 333.

Maioris